

Censura Inclytæ Facultatis Medicæ Viennensis.

Animadversiones in Pharmacopœiam Augustanam, & annexam ejus Mantissam, cum Dispensatorio novo, Domini Joannis Zwelfer, Medicinæ Doctoris, &c. à Collegio Medicorum Viennensium deputati Doctores diligenter perlegerunt, & nihil in iis Religioni, vel bonis moribus, repugnans; sed plurima, non solum Medicis, Praxin exercentibus, & Pharmacopœis scitu necessaria; sed etiam Ægris admodum profutura, invenerunt. Quapropter utrumque Opusculum publicis typis dignissimum censemus. In quorum fidem hasce Patentes, Collegii nostri sigillo munitas, expediri, & manu Decani subscribi, mandavimus. Dab. Viennæ, 5. Aprilis, Anno Domini, M DC LI.

*Ioan. Guil. Mannagetta, Doct.
p. t. Collegii Decanus.*

Altera:

Animadversiones in Pharmacopœiam Augustanam, & annexam ejus Mantissam, primum revisas; unà cum Appendice ad Animadversiones: nec non Pharmacopœiam Regiam, seu Dispensatorium novum locupletatum & absolutum, cum annexa Mantissa Spagyrica, Dn. Joannis Zwelfer, Med. Doctoris, propriis Observationibus & Experientiâ confirmatum, aliqua ex Collegio Medicorum Viennensium membra ab initio usque ad finem studiosè perlegerunt, nihilque in his bonis Moribus, aut Fidei Catholicæ, contrarium vel repugnans; verùm multa non solum Medicis Praxin exercentibus scitu summe necessaria, sed & Ægris admodum profutura, invenerunt. Ideoque hæc Opera Typis dignissima censemus. In quorum fidem hasce Patentes, Collegii nostri Sigillo munitas, expediri, & manu Decani subscribi, mandavimus.

Dab. Viennæ, 16. Junii 1666.

*Johann Ludwig, Phil. & M. D.
p. t. Decanus.*